



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Disc. CXCVIII. Perusina fideicommissi de Vinciolis. De eadem materia
legitimi contradictoris, An scilicet fideicommissarius, qui reperitur in
possessione, sit talis hæredi hæredis gravati in judicio ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-74060)

Mas autem fundatum scribentes in contrarium, quibus adhaerent decisiones, constituebant in defectu tertii requisiti non vitoꝝ possessionis, quam talem dicebant ut potest captam propria autoritate, ex recepto propositione, quod fideicommissum capiendum est à manu hæredis, adeoꝝ etiam hæreditate iacente dari debeat illi curator, quo citato talis actus sequi debeat, ex deductis apud Gregor. & Adden dec. 206. cum aliis in hac notoria, & quotidiana propositione collectis in causa decisionibus. Eo magis, quia dicta possessio capta esset de mandato iudicis, attamen istud continebat clausulam sine prejudicio &c. adeoꝝ isto concurrente habetur pro non concessa, tanquam conditionalis conditione non adimplera, seu defecta. Verum illud fundamentum pro meo iudicio videbatur parum certum, atque aliquo æquivoco laborare. Procedit enim in eo, qui nullum habens jus in hæreditate hæredis gravati, sed solum illud fideicommissi, istius ratione se in possessione intrudat, recte sciens quod habere debeat aliquem contradictorem, cum nemo decedat sine hæredi, saltem fisco, ut erat causa de quo supra in Romana hereditatis de Spatis discur. 57. ac etiam in Romana de Cesis disc. 134. cum similibus enunciatis in Perusina disc. prox. sequenti; Secus autem ubi ille qui est fideicommissarius, est etiam legitimus hæres gravati, atque ex utroque titulo in statu bona fidei possessionem adipiscitur, cum tunc justè credens se esse etiam hæredem non videtur quomodo unquam intrare debeat necessitas citandi se ipsum, sive altera necessitas, dandi curatorem hæreditati jacenti, quæ jam est adita & habet hæredem saltem bona fidei putativum.

Ideoꝝ conclusiones, & doctrinæ, quæ super hoc plena manu cumulabantur per scribentes in contrarium, atque in decisionibus deducuntur, sunt veræ, sed nimis evidenter patiuntur fallaciam circa applicationem ad factum, super qua adeo frequenter sunt modernorum pragmaticorum æquivoca, quoniam totam vim, ac eruditorem constituentes in cumulo conclusionum, & doctrinatum non distinguunt iriticum à palea, atque adeo frequenter accipitur quid pro quo, ut in proposito istius requiritur advertitur etiam in dicta Perusina discur. sequenti.

Neglecto itaque isto prætenso vito, restringebatur difficultas ad alia requisita ut supra; Circa quæ, tam in ista causa, quam in dicta Perusina, & in aliis pluries advertebam, satis ea pendere ab isto ultimo requisito vitoꝝ, vel non vitoꝝ possessionis; Ubi enim verè adest vitium, tunc cum rigoribus iuris circa dicta alia requisita procedendum videtur ad remandam licentiam commitendi spoliu, ac se intrudendi hæreditate jacente in possessione propria autoritate, ita malitiosè affectandi Fisci privilegium litigandi manibus plenis; Secus autem ista ratione cessante, cum tunc videatur nimis indificetus rigor leguleicus, qui repugnat, ne dum canonicaæ æquitati ponderata in his terminis in dicta decisi. 184. pari, & recte, sed etiam rationi naturali nutriendi itos manus circuitus, ac longas, & calumniosas lites; Ideoque prudens nimiumque rationabilis videbatur dicta provisio, quod firmaretur status hæreditatis, dum revera possessio sincerè, atque in statu bonæ fidei apprehensa erat, neque divinari poterat istud testamentum in quo extraneus, & alienigena institutus esset; Reliqua vero, quæ longa serie deducuntur in ista causa per scribentes hinc inde, percutiebant nudum factum circa identitatem, ac valorem bonorum distractorum, & existentium, ac etiam

Cardin. Luca de Fideicom.

circa alias detractiones³; Causa vero adhuc pendet, atque dum dicta possessio viciosa revera dici non potest, putabam moderato isto rigore demandari debere boni iuri inspectionem, ad instar eorum quæ habemus in spolio vel attentatis, an sine dolosa, & verè viciosa, vel non, ut primo casu non autem secundo rigor intret.

PERUSINA. FIDEICOMMISSI DE VINCIOLIS

PRO

ELEONORA VINCIOLA

CUM

MARCHIONE COPPULO.

Causa decisus per Rotam pro Coppulo.

De eadem materia legitimi contradictionis, An scilicet fideicommissarius, qui reperitur in possessione, sit talis hæredi hæredis gravati in iudicio possessorio.

SUMMARYM,

1. *F. Actiseries.*
2. *Resolutiones causa.*
3. *De requisitis, quæ necessaria sunt, ut fideicommissarius dicatur hæredi legitimus contradictor.*
4. *Quando iste rigor, seu distinctio inter possessorum, & petitorum attendi debeat, & quando non.*
5. *Quod in Rota non de facili denerat calumnia circa processum, & ordinem judiciarium.*
6. *Circulus inanis est evitandus praesertim attenta & quietate canonica.*
7. *Decisis, in quibus rigorè proceditur contra fideicommissarium, ut non sit legitimus contradictor.*
8. *Quando hæredi hæredis gravati competit etiam manutentio, atque fideicommissarius sit legitimus contradictor.*
9. *Quod possesso non esset viciosa.*
10. *Vbi non adeat inventarium, & constat de aliquibus alienationibus detractiones presumuntur consimiles, & non potest impediri immisso fideicommissario.*
11. *Quando posset impediri per exceptionem fideicommissarii antiquioris.*
12. *Fideicommissarius est legitimus contradictor quando ei non possidenti non posset negari immisso.*

Q. 9

D I S C.

DISC. CXCVIII.

HOratius de Vinciolis scriptis hæredibus o-
&to filiis masculis, reciprocum inter eos or-
dinavit in portione morientis absque filiis,
cumque, omnibus, vel pro maiori parte prædefun-
ctis, bona consolidata essent in Ludovico, hic mo-
riens institutis hæredibus, Scipione & Jacobo aliis.
que filiis, fideicommissum inter eos in portione mo-
rientis absque filiis ordinavit. etiam ad favorem fili-
orum ex præmorierte superstitum. Prædefuncto au-
tem Scipione, superstita Eleonora, demum obiit Ja-
cobus abique prole condito testamento, in quo hæ-
redem scriptis Marchionem Coppulum, Eleonora
verò neptis, præfati testamenti ignara, tam iure fi-
deicommissi per prædictum Ludovicum ordinati ad
eius favorem purificati, quam iure intestatae succe-
ssionis, possessionem bonorum dicti Jacobi adeptus
est de mandato judicis cum solita clausula, dummo-
dò possest sit vacans & sine præjudicio habentium meli-
ora & potiora jura, quibus sequuntur, comparuerer-
unt dictus Marchio hæres testamentarius, & Reli-
gio Hierosolymitana prætendens dictum Jacobum
fuisse eius nulitem, ideoque intestabilem, libique iu-
re spolii bona deberi. Et introducta huiusmodi
triangulari controversia coram A. C. per Signatu-
ram Sanctissimi rescriptum fuit eam cognosci de-
bere de voto Rota appellazione remota, unde as-
sumpta fuit prius disputatio in Rota coram Cerro cum
Religione, contra quam concorditer agebant Cop-
pulus ac Eleonora, & sub die 7. Iunii 1666.
proditi resolutio, ac ad eius normam sententia, cui
Religio acquiecie super eius non iure ex defectu le-
gitima professionis, deindeque datum fuit dubium
ad instantiam Coppoli testamentariae, An sibi danda
esset immisso ex remedio l. fin Cod. de Edict. Divi A-
driani, quod sub die 13. Iunii 1668, affirmativè resolu-
tum fuit, dictaque resu utio confirmata 18. Februario.
1669. atque ad normam decisionum dato voto
pendet recursus ad eamdem Signaturam gra-
tia.

3 Dictarum resolutionum fundamentum fuit solita
regula, qua forte nil in hoc Tribunal frequentius
super ista fideicommissaria materia, & de qua habe-
tur in duobus discursus proxime precedentibus, quod cum
fideicommissum capiendum sit à manu hæredi
cum reali seu verbali restituere, idcirco licitum
non est fideicommissario possessionem capere pro-
pria auctoritate, & quatenus de facto apprehendat,
dicti non potest legitimus contradictor hæredi re-
dis gravati ultimi possessoris intentanti interdictum
possessorum adipiscendæ dicto remedio l. fin. si est
testamentarius, vel ex interdicto quorum bonorum,
si est ab intestato, nisi copulativè concurrentibus tri-
bus vulgaribus requisitis in praecedentibus enuncia-
tis; Primo scilicet quod fideicommissum sit omnino
clarum; Secundò quod certum sit nullas competere
detractioes; Et tertio quod possesso non sit vitiosus,
ex quibus dicebant scribentes pro actore, & Rota
admitit, deficere duo posteriora cum fideicommissum
esse clarum & litterale), illud scilicet detractio-
num competentium defuncto, tam ex fideicom-
missu ordinato ab Horatio eius avo, ad quod dice-
batur eum vocatum esse iure proprio tanquam fili-
um in conditione positum ob plures coniecturas ex
eo testamento resultantes, & consequenter quod in
iis gravari non potuerit à Ludovico patre, quamvis
ob detractiones legitima & crediti dotis materna;

Ac etiam quod deficeret tertium resipuum no-
viciose possessionis qualis dicuntur eo ipso quod pa-
tria auctoritate apprehenditur, non citato hæ-
retus, quatenus adit, quatenus vero hæredes adit,
et non citato curatore illi plus separando ex-
deducta apud Greg decif. 206. Dmoc. 1666. art. 7.
& 993. & in Romana hereditatis 3. Iulii 1669, ou-
dem Cerro, ac in Eububina fideicommissu mite, Otalora, & Calataiu editis in causa de quilibet
proximè pater.

Resolutiones, vel non faciebant, vel non
rigorosa visus sunt, portissimum quia ageretur
sa pendente coram A. C. de voto Rota appelle-
remota, unde propter ea duo considerabam, quod
bus solita rigorosa distinctione inter peritorum &
possessorum admittenda non videbatur. Primum
quod cum à Rota unicum vorum pretiandis
incongrua videbatur haec distinctione tunc que-
vota dare oportebat. Et secundò clariss., quod
ideò hoc judicium possessorum ita distinguere
possessorio, quia istud longiora tempora exigit
et, Vel ratione formalitatis, tenui politici
quam in plurisque Tribunalibus causa ad
protrahiri solent, Vel quia istud est appellatio
minandum per tres conformes.

Utrumque autem in hac facti specie cel-
debat, quoniam in Rota non praeficiunt
modic columnæ ex formalitate tenui politici
tantes, adeo ut, excepto casu, in quo ob excep-
tum vel scripturarum extractionem in legi
partibus calumnia sub praetextu remissoria
pulsoria foveri possit, ea non fit practicabile, &
pariformiter disperguntur dubia in petitione
judicio ordinario ac in possessorio, vel alibi
summario vel executivo, dum frequentius se
cunda judiciorum specie de bonis præceptis
despicitur, & sic cessabat primum inconveniens. Ce-
sabatur etiam secundum quod frequenter non
rigorose distinctionis proxim rationabilis erat
cum stante clausula, appellatione remata, nulli
nosci videbatur differentia inter peritorum &
possessorum, & consequenter adverbam distinc-
tionem esse quidem juridicam, manifestam
& rationabilem, non tamen ita ad literam
scintè practicandam, sed difcretè justa singuli
casuum particularem qualitatem, ex qua dig-
tur, an congruat & adaptetur necne ratio quae
illa introducta est, ita ut lex implica dictum
non autem verbis, ac eventur inanis circuus
am de jure civili damnificare, multo magis
canonica æquitate in terris Ecclesie servare
in his terminis alius dixit Rota in confiniis
dec. 184. nn 8 par. 5, rec ac etiam apud Rotam de
principio, & in aliis, ita id practicando initia facil-
litatem eo modo, quo bene dictus rigor probat
fuit in d. Romana hereditatis 3. Iulii 1669, & 21. Febr.
1664, coram eodem Cerro in causa de quo supra
77 in quo præter fideicommissarii de temporibus
in possessione se intruserunt, recte fideicommissarii
testamentum, eiusque certam noctivitatem habent
ac etiam nullum jus habebant in intestatione
one, fideicommissum vero ab eis prætermis
pertinentiam ob facultatem gravato datum pro-
gendii & gratificandi erat, nimis turbidum de-
ris indaginis ut patet ex dictis l. art. 77 inde
evidentiam possesso erat intrufa & communis
capta ad effectum litigandi manus plementis
que est casus, de quo in d. dec. 993. Dmoc. 1666.

De L. T
de
franc
eucat
gvi
g

in Romana fideicommissis de Cœsis, de qua pariter su-
pria dicitur, in cuius calo fideicommissarius certam
nominem habebat testamenti conditi per Cardina-
lem Cœsum ad favorem Domitiae sororis, quia e-
tiam sine testamento erat legitimus ab intellecto suc-
cedix, absque eo quod fideicommissarius remotus
transversalis aliquid jus haberet, unde propterea
talis possessio erat intruliva & cum dicta mala fi-
de, potissimum ea circumstantia accedente, quod con-
statbat in facto sūlisse apparetiam ipso Cardinali
adhuc vivente, quamvis laborante in extremis.

Aliaque major circumstancia in eocafu accede-
bat, quod non agebatur de hoc possessorio adipis-
8 cende, sed de altero magis privilegiato, minimeque
exceptiones boni juris admittente possessorio iei-
nenda competenter hæredi morientis in vim clau-
sule constituti per ipsum morientem cum solita
clausula ex nunc pro tunc & preambula hora mortis,
juxta satis bonam cautelam in codicillis adiectam
ad favorem hæredem, ut paret ex dicitur, 993. Dūnozett.
Et quod magis privilegium judicium retinenda
hæredi morientis quandoque competere etiam lo-
let in vim Statuti continuantis possessionem de-
functi in hæredem, ut in proposito feudatarii non
existens legitimus contradictoris hæredi ultimi pos-
sessoris, qui dicti Statuti beneficio juvari possit, deduc-
tum habetur in Placentia sub tit. de feudis dicitur 4.
& 104. Et generaliter de hoc Statuto continuatio-
nem refutat. Post de manut obseru. 55. Camerata cons.
4. & 5. lib. 1. apud quos concordantes ad satiatem;
Ideoque rationabiliter in prædictis vel si nihilibus ca-
sibus ad proxim deducitur dicta, rigorosa distinctio
practicari quoque solita in causis Bononiensibus ob-
nimis vehementer resistentiam illius Statuti juxta
firmata in Bonon. fideicommissi vel successionis de Barbet-
tis 17 Maii 1651. & 11 Martii 1652. coram Albergato 10.
Junii 1654. coram Bichio cum similibus, cum flante dicto
Statuto, non ita de facili intret dicta ratio Ca-
nonica æquitatis.

Applicando autem ad rem, fideicommissum e-
rat clarum & incontrovertibile, possessio vero nul-
latenus dici poterat vitiosa, sed justè bona fide
capta, dum Eleonora erat etiam morientis legitima
hæres non habens notitiam testamenti, ideoque non
videbatur quomodo practicabilis esset conclusio
prædicta, de qua in decisionibus super necessitate
citandi hæredem, vel dandi curatorem hæreditati
iacenti, dum hæreditas erat jam plena à seipso juxta
caudem casum de quo dicitur prædicta, deducendo in
ista causa eadem, quæ ibi habentur, & conse-
quenter verificabatur primum & tertium requiri-
tum fideicommissi clari & possessionis non vi-
tiosum.

Restringebatur ergo difficultas ad secundum re-
quisitum competentie detractionum, quod pariter
obstat non videbatur, quoniam in ordine ad detrac-
tionem legitimæ vel crediti dotalis, cum consecutum
non esset inventarium, atque indubitanter consta-
re de pluribus alienationibus, de plano intrabat
conclusio, de qua inter fideicommissariatum & hære-
dem gravati amplius non dubitatur, cum sola du-
bitatio cadat cum tertio possessore titulo singula-
ritati translativo dominii, quod scilicet non docto de
inventario & confitto de aliquibus alienationibus,
intret præsumptio consumptio detractionum tam
legalium quam accidentalium, vel quod saltem ita
redit & sint turbida & illiquidæ, quod retentionem
parere non possint, neque retardare immissionem
ex eodem remedio finali de editi diu Adr. vel ex inter-
dicto Salviani competentem fideicommissario, cui
Cardin. Luca de Fideicom.

propertera hæres quamvis possessor non dicitur le-
gitimus contradictor, juxta dicti nationem, de qua in
altera Peruſin coram eodem Cerro impress. dec. 39.
par 11. rec. quæ reputatur in materia magistralis, se-
pissime in aliis canonizata, cum sit conclusio quori
diana, de qua plures in sua materia subit, de legiti-
ma & detractione. Ideoque ubi etiam in ordine investo
iste actor suillet possessor & reus, Eleonora vero non
esset posseditrix sed actrix, quæ ictus possessorum
interdictum intentaret, adhuc ipse hæres non esset ei
legitimus contradictor.

Minimeque talis dici posset per aliam exceptio-
nem superius insinuatam antiquioris fideicommissi
Horaci patris Ludovici fideicommissarius, Tum
quia in facto supponatur constare, quod bona, su-
per quibus potissimum erat controversia, acquisita
essent ab ipso Ludovico secundo testatore, ideoque
non spectarent ad hæreditatem primi testatoris, sa-
per quo causa Patroni hincidē valde certabant;
Tum etiam quia dictum antiquius fideicommissum
erat duplice turbidum, ob detractiones feliciter
Ludovico secundo testatori competentes
ex persona propria & fratrum, Tum clarius, quoniam
nullum in dicto testamento legebatur fideicom-
missum explicitum ac dictum positivum ad favorem di-
cti Jacobi defuncti, cuius vocatio solum deduceba-
tur ex eo quod esset filius in conditione positus, in
quo recepta regula est pro non vocatione. Et quamvis
eadem regula limitetur ex conjecturis, attamen
quicquid sit, an aduersent necne con ectura suffici-
entes de quo satis dubitari poterat. ad effectum,
de quo agitur id suffici, quoniam fideicommissum
conjecturaliter semper dicitur turbidum non aptum
retardare in possessorio, neque facere legitimum
contra dictorem ut dicitur, 189. nu. 16. & 17. par. 7. rec. & 12.
benè in dicta Bonon de Barbettis 19. Junii 1654. Bichio,
sæpè in aliis canonizata; Ideoque exceptio antiquioris
fideicommissi turbidi non est apta impediare
immissionem agenti ex moderno fideicommisso
claro, neque eum faciat legitimum contradictem, ut
ceteris relatis Dūnozett. dec. 910 & dicitur 196. par.
11. recen potissimum dum triplex turbiditas concurre-
bat, rim. s. circa ipsius fideicommissi substantiam,
cui regula obstat ut supra. Secundò circa bonorum identitatem, Et tertio ob detrac-
tiones.

Quando autem fideicommissario non possiden-
ti hæres esse non posset legitimus contradictor ad
impedientium immissionem, quamvis esset possessor,
tunc multò magis & absque dubio fideicommissa-
rius possessor erit ipsi agenti legitimus contradictor,
Tum ratione circuitus, qui ita nimisclare inanis re-
manet, Tum etiam ex recepto principio, seu axio-
mate, quod cui competit actio, multò magis com-
petit exceptio Zuccard. in finali Cod. de editi diu Adr.
num 346. Caput aquen. dec. 346. num. 4. lib. 2. be-
nè Rota dec. 711. nu. 3. par. 1. rec. dec. 225.
nu. 21. par. 7. dec. 263. nu. 11. par.
10. & in aliis.

Qq 2

IA-

IANUEN.
FIDEICOMMISSI
SEV
CONTRIBUTI.

*Responsum pro veritate suppressis
nominibus.*

De contributo ad debita & onera fideicommittentis inter fideicommissarium universalem, & fideicommissarium particularem: sive inter fideicommissarium particularem, & heredem universalem; Et remissione de contributo inter plura fideicommissa, quae per mortem unius possessoris diversis successoribus delata sunt ad debita validè per possessorem contracta sive ad alienationes per eum factas.

SUMMARIVM.

- 1 **F**alli series
- 2 **H**eres exigit a cohærede pro sua virili id quod solvit creditoribus hereditariis.
- 3 **D**enatura inventarii, quid operetur, & quid importet ejus omisso.
- 4 **H**eres non conscientis inventarium non opponit cohære di hunc defectum.
- 5 **Q**uid operetur omisso inventarii quoad fideicommissum particulare, & an pro fit legitimam non amitti, vel iura non confundi.
- 6 **D**e causa in quo profit legitimam non amitti, neque jura confundi.
- 7 **H**eres potest a creditoribus reportare cessionem iurium contra coheredem pro rata pro qua non est heres.
- 8 **D**e conclusione quod pro debitis vel legatis, aut detractionibus non agitur ad bona fideicommissi particularis nisi in subdium.
- 9 **D**e contributo inter plura fideicommissa remissive.

DISC. CIC.

Ioannes Baptista, institutis Nicolao primo & Franciso secundo geniti, in quibusdam conspicuis bonis stabilibus particolare fideicommissum perpetuum cum ordine primogeniture in ejus descendencia ordinavit; Cumque dictus Nicolaus tanquam primogenitus dictorum bonorum possessor pleraque credita hereditaria, mediante translativa cessione, acquisisset, facto casu ejus mortis absque prole, scripto herede extraneo, scilicet verius hereditate jacente ad commodum creditorum, dicta bona jure primogeniture transitum fecissent in Franciscum fratrem, atque contrà istum dicti Nicolai de-

functi creditores super dictis bonis ad primogenitum spectantibus agerent ex persona eorum debitis pro creditis ab ipso ut supra contra paternam hereditatem quæsitis, qualiquod bona dicta prægenitura subjecta ad eadem debita consumarent per contributum & pro rata, Hinc finis ex qua parte super hoc punto pro veritate erit tuis sui, an scilicet dicto contributo locus efficit vel potius bona dicta particulari fideicommissarii subiecta, exempta essent a debitis hereditationis per heredes ex reliquis bonis diffundendo vel etiam de proprio, stante inventarii omnibus.

Respondi in praedicto Franciso duas claves esse personas, Vnam heredis universalis debitoris in semis, Alteram vero fideicommissarii particularis, dictaque primogeniture possit. Spectata prima persona, absolutum esse dictum pro eius virili teneri ad prefata debita etiam dum ac de proprio, dum nullum confectionem inventarium, ut in specie cohæredis repetenter ha rede pro sua virili id quod creditoribus testariis solvit etiam non reportata cessione, magis ista accendece ex regula, seu dispositum in l. pro hereditariis C de heredit. art 8. i. inde ter §. Celsus ff. famil. Eruscit habetur per ita quod decisi, 8. deces. 23. & 296 part. 7. sec. 6. in aliis.

Neque premillis obstat dixi quod conflictus non esset inventarium, cum inter cohæredes referatur, Tum ex regula quod nemo oppositum defecit, qui ipse laborat dum debita tua compensatione tolluntur, Tum clarum que in specie quod ut pluries adveniunt in testa sub it. de hered. & heredit. ius novissimum fin. C de jur. deliber. non alteravit dispositum communis, neque hereditibus substituit id quod de his dispositum erat, sed solum quia ob peccata adeentes hereditates post annum datum secundum subiacebant, solvendi de proprio, legata quæ postmodum detegi contingat, ne propter ea sequebatur, quod hereditates remaneant iacentes, hinc proinde dictum ius novissimum in beneficium introdixit, quo mediante hereditate reddatur ab isto periculo, Ideoque ubi hereditate neficio ut negligit, tunc nullam incurrit penam aliqui male credunt sed solum sibi non sufficiat dicta lege novissima, cuius formam non ferunt manet in terminis in quibus erat ante, unde poteret a magis communis ac hodie recepta, & alia conclusio est quod per inventarii omissoe legitima non amittitur, quia in effectu dictum in invissimum nullam inducit penam, sed tantum dat beneficium.

Hinc propter ea, cum secluso hoc iure convenerit ex supra allegatis iuribus inter heredes contributum pro virili, consequente, ut omisso inventarii nihil in propofito operatur ut in specie collatis cohæredi non opponantur, res. lib. 2. var. cap. 72. n. 9. & 10. Cadiz in dicto 17. Barrii de sacceß. l. 11. tit. 9. nu. 9. & 10. Rer. in testa hereditatis de Cavalieris 22. Maii 1630. coram Consil. & me scribente in Fulginaten, fideicommissarii 4. 1668. coram Boulement, edita in causa de quod dicto 73.

Spectata verò secunda persona fideicommissarii particularis, absolutum credidi nullum dicta hereditati vel creditoribus ex ejus iure actionem competere pro medietate, quoniam fideicommissarii particolare regulatur iure legati, quod per heredem non conscientem inventarium impetrare ac insolidum solvendum est de proprio, p. 10.

De L. T
De
fideicommissarii
particulari
GVT
9